

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Synonima britonis

Johannes <de Garlandia>

Parisi, 1508

Johānes chappuis Magistrum[...]

[urn:nbn:de:bsz:31-293534](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-293534)

(Johannes
de Gar-
landia)

¶ Johannes chappuis Magistrum Symonem henricum sibi cum vicinitate/cum amicicia coniunctissimum plurima impartit salute.

Cogitanti michi quid iuuenibus in rem futurum in medijs evo-
lare possit: voluminaq; in sancti Victoris parisiensis bibliote-
ca reuoluenti multa (numeri siquidem pene sunt quos locus ille cō-
plectitur libellos) occurrit codicillus cognitu facilis: quem notule
veteres britoni cuidam ascribentes synonymorum Fratellum recte
vocitauerunt. quippe quod vniuersabiles flosculos grammaticales
in neophitorum rudimentum sine venusina lucerna quenadmodum
pratium quoddam absq; cultura mantuana plurima in animalū do-
mesticorum nutrimentum gramia subministrat. Istud profecto opu-
sculum libellum esse censeo qui producit in montibus fenum et her-
bam seruituti hominum. ps. c. lvi. Apium igitur nomen dauitico p̄-
sagio a prati voce defluxit hos ex nostris hort; flores deceptos ve-
se arbitretur nemo. Seposita tamen iactantia quacunq; asserere ve-
remur minime/nos et aliqua sedibus a priscis in alias transtulisse. et
pro ingenio capacitate castigata singula (diminuentes nichil. ple-
rumq; augmenti non nichil apponentes) sub alphabeti serie (notiori-
bus vt plurimum inspectis vocabulis) collocasse. Quod tandem
opusculum mea sententia iuuenibus accommodum Impressor dili-
gentissimus/sublimi feriens sydera vertice/suis optimis caracteri-
bus imprimendum curauit. vt quod prius in latebris delitasset / in
lucem non sine rudium commoditate prodiret. Proinde mi Symon
quem nichilo minore prosequendum amore existimo q̄ deumctissimū
fratrem si dissimumq; sodalem/qui cum tantuz federis michi percus-
sum esse non ambigo. vt sperem nulla vnq; discordia fractum iri / te
tantum castis institutis apud superos adeptum fauoris i autuma-
mus/vt precum effusione supplicuz locutelej blaterones flores vbe-
ris herbas huiusce Fratelli plantis conculcantes feculentis/te po-
scente fiant sicut fenum tectorum quod priusq; euellatur eraruit ps.
c. xxviii. Quod si effeceris/sicut certe facies (Quis enim beneficiū
illud non libenter conferat. quod is in quem conferamus maxime sit
facturus: non difficile futurū iudico. vt totius hoministuaq; volu-
ptate q̄suadissime perfruaris. hac profecto vnare neq; gratius mis-
chi quicq; prestare queas. nec etiam iucundius/Vale. Et susceptas
inter nos amicitiam tam validis constrictam nexibus conferuandas
ducas.